

## Band V., Nr. N8, Seite 375-376

*Abt Wolfram des St. Michaelsklosters zu Bamberg fügt dem Kaufpreis von 67 Talenten für Güter eines gewissen Ebo zu Röttingen und „Ilstrot“ in Folge von Anfechtung des Verkaufs durch des Verkäufers Sohn Ulrich noch 15 Talente hinzu, wogegen Ebo seinen Besitz in Wermutshausen zu etwaiger Eviktionsleistung eidlich verpflichtet.*

Ohne Ortsangabe, 1111–1125<sup>1</sup>.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, regnante domino Heinrico quinto rege quarto imperatore. <br> <br> (Chr.) Noverit omnium Christi fidelium tam presens etas quam successura posteritas, qualiter dominus Wolframmus Babenbergensis cenobii venerandus abbas predia, que apud Rotingen et Ilstrot<sup>2</sup> sita sunt, a quodam Ebone sexaginta septem talentis in proprietatem cenobii sancti Michahelis emerit. Accidit autem, ut eodem tempore, quo hec coemptio facta est, filius eiusdem Ebonis Uodalricus nomine captivus teneretur in vinculis. Unde cum eum pater suus data pecunia exsolvisset, cepit idem Uodalricus de domno abbate publice querimoniam facere, quod ipsum scilicet paterna hereditate privasset, qui a patre suo predia suo iuri competentia se ignorante comparavisset. Huiusmodi ergo prefatus dominus abbas pulsatus angoribus pecunie, quam prius dederat, quindecim adhuc talenta superaddidit, quo et se facilius ab universis querelarum molestiis expediret et ecclesia sine contradictione predia prenotata possideret. Quibus datis ita omnes istiusmodi querimonie consopite sunt, ut et prenominate Ebo et uterque filius eius Uodalricus videlicet et Erchembertus cum universa cognatione sua eadem predia cum omni utilitate, que inde ullomodo provenire poterit, ad altare sancti Michahelis delegaverint seseque concordie voluntate totius proprietatis ac repetitionis de eisdem prediis voce, manu et stipula penitus abdicaverint. Quin etiam predictus Ebo cum iureiurando promisit, ut si unquam per occasionem alicuius contentionis vel werre quicquam ex his prediis ecclesia amitteret, statim, cum ipse huius iuramenti fuisset admonitus, totum hoc ex propriis prediis que apud Ermbrehteshusen<sup>3</sup>

<sup>1</sup>Nach der Zeit des Kaisertums Heinrichs V.: 1111 Apr. 15 bis 1125 Mai 23. Die KARL HEINRICH VON LANG: Regesta sive rerum Boicarum autographa ad annum usque M.CCC e regni scriniis fideliter in summas contracta iuxtaque genuinam terrae stirpisque diversitatem in Bavarica, Alemannica et Franconica synchronistice disposita, 13 Bde., Mü setzen die Urkunde um das Jahr 1114.

<sup>2</sup>Strüth, Röttingen, WÜ, wenn nicht vielleicht auch Igelstrut, Bad Mergentheim, TBB, W.

<sup>3</sup>Wermutshausen, Niederstetten, TBB.

## II

sita sunt restitueret. Cuius conventionis causa ut succedentium notioni pateat, idem Wolframmus deo devotus abbas hanc paginam fecit inde conscribi ac sigilli sui impressione iussit insigniri. Huius rei testes sunt: Fridericus gener Ebonis de Sgegeult<sup>4</sup>, Walchun de Chirchein<sup>5</sup>, Arnolt de Wulsenheim<sup>6</sup>, Heinrich filius Marcholfi, Luitolfus de Wisindorf<sup>7</sup> et Eberhardus filius eius, Pliggerus et alii quam plures.

—

Der Textabdruck erfolgt nach Mitteilung aus dem Original.

---

<sup>4</sup>Scheinfeld, NEA.

<sup>5</sup>Vielleicht Kirchheim, WÜ.

<sup>6</sup>Ulsenheim, Markt Nordheim, NEA.

<sup>7</sup>Weißdorf, Weißdorf, HO.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Bamberg

**Signatur/Titel des Originals:**

Bamberger Urkunden Nr. 157

**Überlieferung und Textkritik:**

War ehemals im HStA München.

**Regesten:**

KARL HEINRICH VON LANG: Regesta sive rerum Boicarum autographa ad annum usque M.CCC e regni scriniis fideliter in summas contracta iuxtaque genuinam terrae stirpisque diversitatem in Bavarica, Alemanica et Franconica synchronistice disposita, 13 Bde., Mü, Bd. 4, S. 733. OAB Mergentheim, S. 834.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bamberg, BA<br> Igelstrut Wüstung (25752)<br> Igelstrut, Bad Mergentheim, TBB, W<br> Kirchheim, WÜ<br> Röttingen, WÜ<br> Scheinfeld, NEA<br> Strüth, Röttingen, WÜ<br> Ulsenheim, Markt Nordheim, NEA<br> Weißdorf, HO<br> Wermutshausen Wohnplatz (3851)<br> Wermutshausen, Niederstetten, TBB